

soluta amplius refici non debeant ad petitionem alicuius persone.

Cap. XVII. Rubrica de fideiussoribus et modo reddendi ius fideiussoribus.

- 5 **R**ecte duximus statuendum quod in qualibet obligatione
in qua quis esset fideiussor alicuius pro aliquo debito
vel aliqua alia re, excepto quam de fideiussione fixi,¹⁾ primus
conveniri debeat principalis debitor quam fideiussor, et si in
10 principali aliquis fuerit defectus, id est quod non esset solven-
dus in bonis mobilibus vel fixis, vel si non inveniretur in
terra ita quod conveniri possit propter eius abscentiam, vel
si fideiussor constituerit se principalem debitorem in solidum,
tunc creditor regressum habeat contra dictum fideiussorem
secundum tenorem sui instrumenti. // ¶ Preterea volumus 202 A
15 quod bona principalis debitoris, pro quo vel quibus facta esset
aliqua fideiussio tam in civili quam in criminali vel in quibus-
cunque contractibus, sint obligata et habeantur pro obligatis
illi vel illis personis que fecerint dictam securitatem obliga-
tionem vel fideiussionem, quamquam in instrumento non ap-
20 parere[n]t bona obligata et quamquam instrumentum promissio-
nis relevationis indemnitas dicte securitatis non appa-
reret. ¶ Insuper quicumque fecerit securitatem sive fideius-
sionem pro aliqua alia persona de aliquo debito vel alia re
mobili, et transacto termino dicte fideiussionis, si talis fide-
25 iussor de dicta fideiussione exire voluerit et relevari,²⁾ do-
minium quod pro tempore fuerit incontinenti sine oblatione
libelli vel strepitu iudicii, teneatur et debeat illum vel illos,
pro quo vel quibus facta fuerit fideiussio et securitas, astringere
ad petitionem dicti fideiussoris ad standum in palacio
30 comunis, donec extrasserit et relevaverit talem fideiussorem
obligatum pro eo vel eis; et si infra octo dies postquam steterit
in palacio non relevaverit talem vel tales fideiussores
de dicta fideiussione, tunc per dominium Tergesti concedatur

¹⁾ Sarà da intendere: *fisci*. Stat. 1365: *comunis*. ²⁾ *relavari*.